

Purificatione mulierum, funeralibus &c. percipiuntur, in congrua sustentationem computari valeant? Et quidem partem negativam cum communione aliorum tenet Barbosa lib. 3. Juris Eccles. univ. cap. 6. num. 44. citans Franc. Leo in *Theatro Fori Eccles.* p. 1. cap. 31. sub n. 6. Van Espen in *Jur. Eccles. univ.* qu. 2. Titul. 34. de Portione congrua, cap. 6. que in portione congrua imputanda, ubi late discutit, & novissime Pignatelli Tom. 3. Consult. 71. Pirhing de Præbend. sect. 1. n. 44 & alii. Tum quia Vicario debetur congrua portio certa, seu certo sufficiens per Jura citata: ergo incerta in eam computari nequeunt. Tum quia de Jure c. 12. de Præb. debetur portio de proventibus Ecclesiæ, atqui stola non sunt proventus Ecclesiæ, sed fructus Officii & laboris ipsius Vicarii.

14 Confirmant hanc suam doctrinam ex ingentibus, quæ contraria secum trahit sententia, absurdus, præsertim, quod Vicarii hujusmodi quasi necessitate adigantur ad turpiter exigendas, quærendas, directè vel indirectè sollicitandas oblationes, ac mercedem in casu administrationis Sacramentorum, & aliorum munerum pastoralium; cum aliis necessariâ sustentatione carerent. Ex quo non raro nota avaritiz, injustitiæ, aut etiam Simoniz inuritur Vicario, copiosè confurgunt plebis murmuraciones, irreverentia, & vilipensio Sacrorum, dum ea quasi vendi, vel emi vident, neglectus vel tardior usus Sacramentorum, præsertim Viatici, & Extremæ Unctionis, ex timore, quod Pastori merces, quæ sæpe non nisi difficulter haberi potest, dari debeat; prout amplius disernerit Van Espen lo. cit. ubi etiam plures Synodos adducit, in quibus statutum habetur, ut certa congrua portio in tantum assignetur, ne in administrandis Sacramentis quidpiam exigendo, oneri sint Parochianis, sunt verba Patrum in Concilio Colonienfi 1536. Accedit, quod in hujusmodi Parochiis, ubi incerti fructus stola in congrua portione computantur, debite qualificati, & litterati Pastores haberi nequeant, utpote qui fugiunt Ecclesiam, ubi non nisi continuâ sollicitudine, & turpi quasi quæstu, & exactioibus suam sustentationem habere queunt; id quod etiam notatur c. *Extirpanda* 30. de Præb. c. 1. eod. in 6. Quibus non obstantibus,

15 Resp. II. Si non probabilior, sanè æquè probabilis est sententia affirmativa, videlicet, quod non tantum certi, sed etiam incerti fructus stola v. g. aliaque incerta emolumenta & obventiones, quas ratione Officii, & Beneficii Vicarius perpetuus communiter, præsertim in consuetudine debitas percipere solet, computari possint in congrua portione. Gonzalez ad Reg. Cancellar. in Proem. § 7. n. 185. Gutierrez Consil. 8. à n. 3. Valenz. Consil. 54. n. 18. Rota apud Paul. de Rub. Decis. 230. n. 2. divers. alijs p. 6. Recent. & plures alii. Fundamentum principale defumitur ex Constitutione Pii V. *Ad exequendam*, quæ est 47. in Bullario Cherub. ubi §. 2. expressè statuitur, quod portio congrua summa computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & alijs obventionibus communiter percipi solitis (sunt verba Bullæ) per Episcopos assignari debeat; quæ verba Conclusionem nostram in praxi planè securam, tutamque Canonicorum, ac Religiosorum, aut aliorum, quibus Parochiæ incorporatæ sunt, conscientiam reddunt; præsertim quia verbum *obventiones* est verbum omnino generale comprehendens magnos & parvos, certos ac incertos redditus, & emolumenta etiam illa, quæ ex facto hominis proveniunt, ut oblationes, funeralia, ac similia, prout ex Boerio Decis. 224. nu. 5. & Gutierrez lo. cit. à nu. 197. & Glossa in L. 1. §. *Executores* V. *Oblationes*, & ibi Albericus n. 16. de *Execut. actio.* item Glossa in c.

Ad audientiam 3. de Eccles. edific. v. *Obventiones*, & ibi Abbas n. 15. ubi dicitur *verbum obventiones est verbum multum generale comprehendens omnes redditus, cuiuscunque qualitatis sint.*

Confirmatur. Prædicta verba Bullæ Pii V. computatis etiam incertis emolumentis, & alijs obventionibus, debent aliquid operari, arg. l. *Si quando* 109. ff. de Legat. 1. & c. *Si Papa* 10. de Privileg. in 6. præsertim quia sunt in Constitutione Papali, in qua nulla dictio debet vacare, alioquin frustra membranam occupat, ut habet Glossa in c. *Soluta* 6. v. *Tanquam de Majorit. & obedient.* arg. can. 1. dist. 19. & can. *Sic enim* 9. cau. 23. q. 1. atqui nihil operantur, si fructus incerti stola v. g. non possent computari in portione congrua; ergo.

Ratio autem Conclusionis est; quia idè Beneficia etiam Curata fuere unita & incorporata Collegiis, Capitulis, Monasteriis, aliisque pijs locis, ut honoribus & competentibus stare possint, adeoque inde emolumentum recipiendo, onera incumbencia facilis supportent, atque officia, & opera debita peragant, prout notavit Pius V. in citata constitutione *Ad exequendam* ubi §. 2. sic ait: *Nos considerantes, uniones idè à Prædecessoribus nostris factas esse, ut ex redditibus, & emolumentis Beneficiorum uniorum Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Beneficiorum & locis pijs, quibus illa ununtur, facilis onera eisdem incumbencia, supportent, & promptius à Ministris Ecclesiasticis in eisdem Divina officia celebrentur, hospitalitas servetur, aliaque caritatis opera exercentur &c.* sed planè si non nisi fructus certi in congrua portione computari possent, sæpe parum vel nihil emolumentum ex Beneficiis unitis haberent Collegia, Capitula, Monasteria &c. ergo.

Nec dicas, Bullam Pii V. à nobis citatam, revocatum atque reductum esse ad terminos Juris communis & Concilii Tridentini à Gregorio XIII. In tanta, quæ est 9. apud Cherub. ut ex Barbosa nos ipsi jam meminimus *Lib. I. Tit. 28. §. 2. n. 38.* ergo cadit principale fundamentum Conclusionis nostræ. Resp. enim I. Bullam revocatoriam à Gregorio XIII. editam, tantum concernere Parochias unitas Monasteriis, ut legenti aperte patet: consequenter nihil operari in Parochiis unitis Collegio, Capitulo, aliive cause piæ, uti bene observavit Gonzalez ad Reg. Cancellar. 8. Glossa 5. §. 2. n. 79. cum correctio Jurium sit odiosa, ac pro possibili restringenda per vulgaria, præsertim I. *Præcipimus*. §. *fin. C. de Appellat. & c. Constitutio* 41. de Election. in 6. Resp. II. Quod etiam quoad Regulares denuò revalidârit dictam Constitutionem Pii V. Gregorius XIII. prout refert Gonzalez lo. cit.

Dicitur autem notanter in Conclusionem nu. 15. postitâ, *obventiones incertas, quas communiter, præsertim consuetudine debitas percipere solet; ad excludendas illas obventiones, quæ omnino ex liberalitate populi dependent, nec communiter, nec ut debite, sed raro ab uno vel altero dari solent; hæc enim juxta Communissimam in congrua portione computari nequeunt, hoc ipso, quod rarissime sint ac incertissime; bene verò illæ, quæ communiter, ut dicit Bulla, percipi solent, præsertim ut debite consuetudine; enim verò hodie plerique fructus stola v. laudabilis consuetudinis introducitur, debite sunt, ita ut à Parocho etiam peti, & ad eos dandos populus ab Episcopo compelli possit, prout in simili de oblationibus diximus supra Tit. de Decimis. num. 184. Et ex hoc Van Espen alias summus Conclusiois nostræ Adversarius concedit, quod funeralia, ac similia in congrua portione imputari queant; quod idem in plerisque locis hodie de illis concederet obventionibus, quæ Parochus ex Benedictione nuptiarum, collatione Baptismi, purificatione*

ratificatione mulierum, oblationibus in certis Festivitatibus &c. Vicarii oblacionibus, eò quod & has dandi consuetudo passim obligat populum, adeo ut eas à non dantibus Vicariis diserere petere, & recusantes ad dandum compellere possit Episcopus arg. c. *Ad Apostolicam* 42. de Simon.

20 Ex his patet ad fundamenta Adversariorum. Nam ad primum positum num. 13. negatur suppositum, quod ex incertis obventionibus certa haberi non possit congrua portio, vel saltem pars illius; quamvis enim tales obventiones incertæ sint respectu certi ac determinati temporis, aut quantitatis, tamen ad aliquam saltem certitudinem computatis tribus aut quatuor retrò annis reduci ita possunt, ut Vicarius de honesta sua sustentatione moraliter certus esse queat, id quod in pluribus Synodis approbatum reperitur, teste ipso Van Espen lo. cit. n. 12. alijs nobis Adversarij ubi tamen notandum, quod in reducendis his incertis ad aliquam certitudinem non debeat summa, sed media, vel infima quantitas, quæ tribus aut quatuor retrò annis obvenire solita est, computari, hoc ipso, quod quandam adhuc incertitudinem relinquunt, & alijs nimia temporali curâ & anxietate cruciaretur Vicarius; prout communiter advertunt etiam Conclusionis nostræ Patroni.

21 Ad secundum fundamentum n. 13. positum, respondetur per proventus Ecclesiæ intelligi etiam illos, qui intuitu Ecclesiæ seu Beneficii acquiruntur, alijs enim nec ipsæ Decimæ, utpote quæ non ad Ecclesiam sed Parochum spectant, computandæ forent. Ad tertium fundamentum n. 14. positum dicitur, non esse timenda absurda ibi enarrata, si fit computatio congrua portiois exiis, de quibus diximus; eò quod ea plerique vel laudabilis consuetudinis præbeatant, quæ alegatis malis viam omnem præcludit; præsertim si Vicarius in exigendo discretus est, & si in administrandis Viatico & Extremæ Unctionis ac exactioe abstinent, non nisi liberè oblata recipiat; ipsèque Rmus Ordinarius in computanda congrua portione, prout oportet, ad hanc reflexionem faciat.

22 Resp. III. Quamvis olim penes solum prudens arbitrium Episcopi fuerit, determinare quantitatem congruæ portiois, tamen hodie aliter declaratum & statutum, atque potestas hujus arbitrii limitata est per Bullam Pii V. *Ad exequendam*: ubi §. 2. ex mente Concilii (ut ait) Episcopis expressè præcipit Pontifex in assignatione portiois Vicariis perpetuis ita se cominere & arbitrari, ut non major centum, nec minor quinquaginta sutorum annuorum summa computatis omnibus etiam incertis (sunt mæra formalia Bullæ) emolumentis, & alijs obventionibus communiter percipi solitis, eis omnino assignetur. ut proin arbitrium Episcopi non nisi inter centum & quinquaginta scuta, consideratis considerandis circumstantiis locum habeat, præcipue quia Bulla hæc saltem quoad Parochias Monasteriis non incorporatas revocata non est, juxta dicta num. 18.

23 Observandum nihilominus, & attendendum omnino videtur, quod tempore, quo edita fuit hæc Bulla, videlicet 1567. omnia saltem in suis partibus fuerint in longè viliori pretio, adeo, ut his temporibus respectu præcedentis illius temporis necessaria vitæ vix duplici pretio acquirantur, coniequerent ubi tempore illo quinquaginta, vel centum scuta pro honesta sustentatione sufficiebant, hodie centum, vel ducenta necesse sunt, adeoque etiam temporis ratio merito habenda sit, juxta illud vulgare: *Concordia tempora, & concordabis Jura.*

Illud etiam cum communi advertendum, quod quantitas à Pio V. assignata, fuerit taxata pro

sola persona Vicarii, non item pro Capellano, aut Cooperatore, si unum vel plures multitudine Parochianorum, aut laborum exigit, quibus proin specialiter providere tenentur ii, qui ratione incorporationis aut unionis redditus Parochiæ percipiunt Plura de Vicariis vide *Lib. I. Tit. 28. de Officio* Vicarii.

TITULUS XXXVIII.

De Jure Patronatus.

1 Ratio ordinis.

Quandoquidem multa huc usque dicta sint de Præbendis, Beneficiis, Capellis Monachorum, quæ per sepe etiam Jurispatronatus sunt, & ad præviam præsentationem conferuntur, recto ordine Titulus prævens præcedentibus subiungitur, qui est unus inter celebriores in Jure Canonico, scitu non minùs necessarius, quàm utilis Ecclesiasticis.

§. I.

De Natura Jurispatronatus: item de causis & modis, quibus acquiritur, & quis Patronus efficitur.

SUMMORIUM.

- 2 Patroni, & Jurispatronatus nomen variè accipiuntur.
- 3 Juspatronatus ad propositum definitur.
- 4 Acquiritur donatione, vel edificatione, vel fundatione. Et n. seq.
- 5 Et particula subinde sumitur pro vel, & econtra.
- 6 Fundare Ecclesiam quis dicitur?
- 7 Edificare quis dicitur?
- 8 Redificans, quando acquirat Juspatronatus?
- 9 Donatio quid, & quando per eam acquiratur Juspatronatus?
- 10 Si plures concurrunt ad fundandum, vel edificandam &c. omnes sunt Patroni.
- 11 Juspatronatus quomodo probetur?
- 12 Acquiritur etiam Privilegio.
- 13 Atque Præscriptione. Et n. 15. 16.
- 14 Ad probandam Præscriptionem in Potentibus requiritur major probatio.

Notandum priùs, nomen patroni, sicut & Jurispatronatus variè, præsertim verò tripliciter sumi in Jure. Primum quidem Patronus in jure dicitur ille, qui manumittit, seu liberam dimittit servum suum: & jus, quod in manumissum habet, Juspatronatus vocatur, de quo integer extat Titulus ff. de Jurepatronatus. & C. de Bonis liberorum. de Jurepatronatus. Secundò accipitur Patronus pro eo, qui causam aliquis in judicio assumat, iustur, eique patrocinatur, & jus Advocatiæ, Juspatronatus nominatur, de quo fit mentio can. un. cau. 15. q. 2. & c. 6. de Transact. ac l. Rem. 14. C. de Judicis. Verùm de Patronis, & Jurepatronatus in his acceptationibus hic non erit sermo: unde in tertia acceptatione ad præsens.

Quæritur I. Quid sit Juspatronatus ad propositum? Resp. Est jus seu potestas præsentandi Clericum ad Beneficium Ecclesiasticum vacans. Ita in re communis. Dicitur jus seu potestas loco generis. Dicitur præsentandi, quia Patronus non confert Beneficium, nec instituit Clericum, sed simpliciter præsentat aliquem Episcopo, qui dein, si præsentatum

tum repetit habilem eum instituire, eique Beneficium conferre debet; si vero inhabilem invenit, recedere potest, juxta dicenda infra *Dicitur Clericum*, quia cum Laicus Beneficium Ecclesiasticum incapax sit, ad illud cum effectu presentari nequit. Dicitur tandem ad Beneficium Ecclesiasticum vacans; quia sicut institutio, ita & presentatio ad Beneficium nondum vacans nulla, & irrita est, textu claro, c. *Illud*, h. 1. ibi: *Cum illa concessio de Jure nullius possit esse momenti, quia de re non vacante facta est*: ut proin etiam vacante Beneficio nec debeat, nec possit Episcopus instituire illum, qui ante vacationem Beneficii presentationem accepit, & e contra Patronus alium pro libitu presentare queat, nisi etiam vacatione facta denuo, prout potest, presentet eundem.

4. Quæritur II. Ex quibus causis, seu quibus modis acquiratur Juspatronatus, & efficiatur quis Patronus? Ante repositionem notandum, alios esse modos; quibus ab initio acquiritur, vel potius constituitur Juspatronatus; alios vero, quibus jam prius acquisitum, in alios transfertur. In presenti quæstio est de causis & modis, quibus penitus de novo acquiritur; unde Resp. Tres esse potissimum causas & modos, quibus primitus acquiritur Juspatronatus, videlicet, Fundatio, Edificatio, & Dotatio Ecclesiæ. Ita Glossa communiter recepta in *can. Pie mentis*, 26. cau. 16. q. 7. ubi ad propositum ponit receptum illum versiculum.

Patronum faciunt dos, edificatio, fundus. Ex quibus tribus causis & modis quilibet disjunctim, & separatim sumptus sufficit ad hoc, ut quis efficiatur Patronus, & acquirat Juspatronatus, Fagnanus in *Quoniam*, 3. h. 1. n. 49. Abbas ad *Rubr. h. 1. n. 6*. Archidiaconus in c. 1. h. 1. in 6. Mascardus de *Probat. Conclus.* 59. n. 34. Pirhing h. 1. n. 6. cum communissima aliorum. Ratio est; quia Jura singulorum hos modos etiam separatim sumptos, pro acquirendo Juspatronatus sufficientes agnoscunt. Et quidem, quod sola Fundatio sufficiat, clarè habetur ex *can. Decernimus*, 32. cau. 16. q. 7. & c. 3. & c. *Nobis*, 25. §. *Pro fundatione*, h. 1. Quod autem sola Edificatio, seu constructio Ecclesiæ sufficiat, clarè liquet ex *cit. c. Nobis*, 25. h. 1. princ. ibi: *Si quis Ecclesiam cum consensu Diocesis construxit, ea eo Juspatronatus acquirat*. Item quod Dotatio sola sufficiat, habetur ex *can. Filius*, 31. cau. 16. q. 7. & Concilio Trident. *Sess. 14. de Reform. cap. 12. & Sess. 25. eod. cap. 9. ubi sola Dotatio pro sufficienti causa acquirendi Juspatronatus agnoscitur*.

5. Nec obstat, quod Concilium Tridentinum *cit. Sess. 14. de Reform. cap. 12.* ad acquirendum Juspatronatus conjunctivè requirat Fundationem & constructionem Ecclesiæ: ibi: *Nemo nisi Ecclesiam, Beneficium, aut Capellam fundaverit & construxerit &c. Juspatronatus obtinere possit*. Resp. enim, ibi dictionem *Et non facere sensum copulativum, sed disjunctivum, ut dictio vel;* prout colligitur tum ex aliis Juris textibus supra citatis: Tum ex ipso Concilio, utpote quod citat *Sess. & cap. ad finem*, sicut & *Sess. 25. de Reform. cap. 9.* in sensu diviso loquitur, *solum Fundationem, v. g. aut Donationem pro sufficienti agnoscit: ibi: Titulus Juspatronatus fit ex Fundatione, vel Dotatione*. Neque novum quid in Jure est, quod particula copulativa *Et* sumatur pro disjunctiva *vel*, & e contra, ut notat Glossa in c. *Ex parte* il. 1. de *Rescript. v. Et perpetuò*, habeturque clarè l. *Sapè*, ff. de *V. S.* ibi: *Sapè ita comparatum est, ut conjuncta pro disjunctis accipiantur, & disjuncta pro conjunctis*; & l. *Conjunctionem*, ff. eod. ibi: *Conjunctionem enim nonnuncquam pro disjunctioe accipi, Labeo ait: quod præcipuè tunc fieri, censendum est, quando alii Juris textus hunc sensum, ne aper-*

tè discordent, exigant, prout fit in proposito.

Porro fundasse Ecclesiam ad propositum proprie dicitur ille, qui fundum, seu solum, sive terræ spatium dedit, in quo edificata fuit Ecclesia, arg. *can. Abbas*, 4. cau. 18. q. 2. ibi: *Possessoris domus &c. Nobis*, 25. h. 1. ad finem; & ibi Doctores communiter; ubi tamen cum Garcia de Beneficiis p. 5. cap. 9. n. 44. Abbate *consil. 106. p. 2.* & aliis notandum, quod sola Donatione, seu assignatione fundi non illico acquiratur Juspatronatus, sed tunc primitus, quando Ecclesia fuit constructa sive per eam, sive per alium; quia nemo potest esse Patronus Ecclesiæ, quæ nondum est, & forsan non erit, arg. c. *Ad audientiam*, 5. de *Ecclesiis edific.*

Edificasse Ecclesiam dicitur, qui eam cum consensu Ordinarii propriis sumptibus construxit, arg. c. *Monasterium*, 33. cau. 16. q. 7. & c. *Nobis*, 25. h. 1. ibi: *Si quis Ecclesiam cum consensu Diocesis construxit*. Qui autem sine consensu Ordinarii eam construit, cum illicitè agat, arg. *can. Nemo*, de *Consecrat. dist. 1. Juspatronatus non acquirat, ut in cit. c. Nobis*, n. 4. bene notat Fagnanus, docentque eod. teste Omnes.

Sub Edificatione comprehenditur etiam reedificatio Ecclesiæ penitus destructæ, in quo casu primus edificans amittit, & reedificans acquirit Juspatronatus, Garcia lo. *cit. n. 52.* Fagnanus in c. *Quoniam*, h. 1. n. 52. Pirhing h. 1. n. 8. l. *Quid tamen*, to. 5. pen. ff. *Quibus modis ususfructus amitt.* Ratio est; quia perinde est, ac si Ecclesiæ primitus edificasset, ut post Glossam in c. *Quoniam*, h. 1. v. *Fundatores*, notat Fagnanus lo. *cit. n. 58.* dummodo id faciat cum consensu Ordinarii; quia sicut juxta dicta, non potest Ecclesia de novo edificari sine consensu Ordinarii, ita nec reedificari potest penitus destructa; adeoque sine consensu Ordinarii reedificata Juspatronatus non præstat, uti post *Abbatem* in *cit. c. Quoniam*, h. 1. n. 8. bene observat Fagnanus lo. *cit. n. 53.* ubi cum aliis insuper notat, æquum esse, ut antequam Ordinarius aliquid licentiam reedificandi Ecclesiæ dat, prius antiquum Patronum requiratur, an non ei placeat, eandem reedificare, eumque volentem cæteris præferat, arg. c. *Placuit*, de *empt. & vendit. c. Ad hæc*, de *Offic. Archidiacon.* Quod si Ecclesia non penitus, vel ita sit destructa, ut novæ Consecratione indigeat, ex refectione & reparatione secundum partem illius, non acquiritur Juspatronatus, Garcia lo. *cit.* Fagnanus lo. *cit. n. 52.* Pirhing h. 1. n. 8. cum communis aliorum, & Glossa in c. *Quoniam*, h. 1. v. *Fundatores*, etiam si successivè diversis temporibus per partes tota fieret nova; Azorius p. 2. lib. 6. cap. 19. q. 10. Pirhing h. 1. n. 8. arg. l. *Quid tamen*, §. 1. v. *Planè*, ff. *Quibus modis ususfructus amitt.*

Dotare Ecclesiam dicitur, qui ei sine dote fundatæ & constructæ congruum dotem, id est, sufficientem assignat, & tribuit redditus, seu annuos census pro Ministris Ecclesiæ, pro paramentis, pro luminariis, aliisque necessariis, arg. *can. Quicumque*, 30. & *can. Filius*, 31. cau. 16. q. 7. si tamen dos aut redditus sufficientes non essent, non fieret, nec diceretur Patronus, sed tantum Benefactor Ecclesiæ, tribuens illos, Garcia lo. *cit. n. 52.* Abbas in c. *Ad audientiam*, 3. h. 1. n. 4. Glossa in *cit. can. Quicumque*, 30. cau. 16. q. 7. arg. *can. Nemo* Ecclesiæ 9. de *Consecrat. dist. 1.* & declaravit S. Congregatio apud Garcia lo. *cit.* illis verbis: *Dotans insufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirat Juspatronatus; sed dicitur Benefactor, Pariter Juspatronatus non acquirat, nec Patronus, sed tantum Benefactor Ecclesiæ fit, & dicitur, qui Ecclesiæ jam sufficienter dotatæ novos tribuit redditus, etiam si majores sint, quam*

§. I. De Natura Juspatronatus: item causis &c.

quàm illi, qui primitus pro sufficienti dote fundæ assignati, eò quod Patroni fiant non propter quantitatem rei donatæ, sed qui primitus Ecclesiam quodammodo à non esse ad esse, sufficienti Donatione perducunt, uti observat Glossa in *can. Pie mentis*, 26. cau. 16. q. 7. Verum si dos primitus data omnino pereat, tunc antiquus Patronus amittit, & acquirat ille Juspatronatus, qui de novo sufficienter dotat, sicut n. præced. diximus de *Reedificatione*. Fagnanus lo. *cit. n. 59.* Pirhing h. 1. n. 9. Cæterùm utrum dos ante vel post Consecrationem Ecclesiæ assignetur, nihil refert; prout contra Glossam lo. *cit.* docet Cardinal. & Abbas in *cit. c. Quoniam*, 3. h. 1. n. 9. Garcia lo. *cit. n. 54.* Innocentius in *Rubr. h. 1. Pirhing eod. n. 10.* cum communi. Ratio est; quia favore Ecclesiæ Juspatronatus retrotrahitur, & fingitur, ac si ab initio Dotatio fuisset facta, arg. c. *Tanta*, 6. *Qui filii sunt legitimi*, dummodo cum consensu Episcopi, & cum intentione tacita vel expressa Ecclesiæ dotandi fiat; quia simpliciter donatione aut legato, absque d'icta intentione dotandi non acquiritur Juspatronatus, uti bene observat Garcia p. 5. cap. 9. n. 59. citans plures Decisiones Rotæ, Abbas lo. *cit. n. 5.* cum talis Benefactor potius quam Donator censetur; Jura autem non Benefactori, sed Donatori Juspatronatus attribunt, arg. *can. Filius*, 31. cau. 16. q. 7. Cæterùm ad acquirendum Juspatronatus non est necesse, ut expressè sibi reservet, sed sufficit, quod expressè non remittat ad Juspatronatus, ille, qui dotat, fundat, vel edificat Ecclesiam, Rota *Decis. de Jurepatronat. in Antiq. Flamin. Paris. de Consuetud. q. 28. n. 231.* Pirhing h. 1. n. 10. cum communi, arg. c. *Nobis*, h. 1.

10. Si unus, idemque simul fundat, edificat, & dotat Ecclesiam, solus erit Patronus, (solusque habebit Juspatronatus: si vero plures concurrunt, ita ut unus dotet, alter fundet, & tertius edificet, erunt omnes Patroni in solidum, Fagnanus in c. *Quoniam*, h. 1. n. 49. Innocentius ad *Rubr. h. 1. Abbas ad Rubr. h. 1. n. 6.* Garcia lo. *cit. n. 52.* Pirhing h. 1. num. 7. cum communi, arg. *can. Filius*, cau. 16. q. 7. Inò, si plures concurrant ad unam ex tribus modis vel causis allegatis, v. g. ad *Dotationem*, erunt omnes simul respectu hujus tituli, Patroni habentes æqualem Juspatronatus, etsi unus eorum plus contulerit, dummodo omnes simul sufficientem præbeant dotem, ut notant Doctores citati. Ratio est: tum quia hoc ipso, quod ille, qui plus confert, alium minus conferentem admittat, censetur velle communicare cum illo Juspatronatus. Tum quia Jure simpliciter dicunt, *ex Donatione acquiri Juspatronatus*, non distinguendo an unus, aut plures dotent. Idem est, si plures concurrant ad *Edificationem*, vel *Fundationem*, Abbas lo. *cit.* Garcia lo. *cit.* & alii; quod etiam expressè declaravit S. Congregatio, teste Garcia lo. *cit. n. 53.* Idem dicit, si plures concurrant ad reedificandam Ecclesiam penitus destructam: vel eam dotandam, postquam dos prior totaliter perit, juxta dicta n. præced. & n. 8.

11. Porro si quis ex aliquo prædictorum titularum prætendit Juspatronatus, debet talem titulum probare ex authentico documento, & aliis Jure requisitis, prout novissimè statuit Concilium Tridentinum *Sess. 25. de Reform. cap. 9.* vel ubi Instrumentum deest, ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat: notant tamen hic Barboza n. 5. Ricc. in *Praxi fore Eccles. Resolut.* 127. in fine. Castro Palao Tom. 2. tr. 13. disp. 2. pun. 3. n. 4. ad hoc, ut dicantur presentationes multiplicatæ, sufficere duos actus, quæ pluralis locutio duorum numero est, contenta, c. 40. de R. J. in 6. & l. *Ubi numerus*, ff. de *Test.* Cæterùm tam actus, quam tempus immemorabile legitime probare debet prætendens Juspatronatus, ut concedunt Doctores communiter: quid autem sit tempus immemorabile, vide supra Lib. 2. Tit. XXVI §. 5. n. 122. & Barbozam in *Concil. Trident. lo. cit. n. 6.*

12. Resp. H. Præter hæcenus explicatos tres modos & causas acquirendi Juspatronatus, idem adhuc

alios duobus modis acquiri potest, videlicet *Privilegio*, & *Prescriptione*. Et quidem *Privilegio*, si summus Pontifex alicui de Ecclesia bene merito, vel ob aliam causam illud concedit, etsi Ecclesiam nec fundarit, nec edificavit, nec dotarit. Ratio est; quia Papa ex plenitudine potestatis de cunctis Beneficiis habet plenariam potestatem. Episcopi vero Juspatronatus concedere non possunt. Garcia de Beneficio p. 5. cap. 9. n. 128. arg. cap. 2. de *Rebus Eccles. non alienand.* Barboza in *Concil. Trident. Sess. 25. de Reform. cap. 9.* n. 18. Pirhing h. 1. n. 12. quod idem etiam in Theologia nostra Morali Tr. 11. dist. 3. n. 7. jam docuimus, & fuit declaratum à S. Congregatione apud Garcia lo. *cit.* Inò Juspatronatus quodcumque ex privilegio quocunque etiam Papali ante Concilium Tridentinum concessum, revocatum est ab eodem Concilio Tridentino, citata *Sess. 25. de Reform. cap. 9.* ibi: *Reliqui Patronatus omnes in Beneficiis tam secularibus, quam Regularibus seu Parochialibus, vel Dignitatibus, aut quibusvisque aliis Beneficiis in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, seu facultates, & privilegia concessa sunt in vim Patronatus, quam alio quocunque jure nominandi, eligendi, & presentandi ad ea, dum vacant, exceptis Patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus, & exceptis iis, quæ ad Imperatorem & Reges, seu Regna possidentes, atisque submissæ, ac supremos Principes jura Imperii in dominis suis habent; & pertinent, & quæ in favorè studiorum Generalium concessa sunt, in totum pro prius abrogata, & irrita, cum quasi possessione inde secuta intelligantur Beneficiaque hujusmodi tanquam libera à suis Collatoribus conferant: in quem textum etiam vide Barbozam, & bene scribit Garcia lo. *cit. n. 113.* ubi num. 118. ex Declaratione S. Congregationis addit, sublatam esse omnia privilegia, etiam si habeant clausulam, quod Juspatronatus ex privilegio concessum sit ejusdem valoris & roboris, ac si ex *Fundatione*, *Dotatione*, aut *Edificatione* esset; vel cujus valoris est Juspatronatus Regum. Quare, qui Juspatronatus ex titulo solius privilegii manuteneat vult, debet docere, quod illud habeat à summo Pontifice post tempora Concilii Tridentini concessum, & quidem cum clausula derogatoria Concilii Tridentini lo. *cit.* uti lo. *cit.* bene observat Pirhing.*

Prescriptione etiam acquiritur Juspatronatus: & quidem contra liberam, seu nondum patronatam Ecclesiam non nisi ex frequentatis actibus per tempus immemorabile, uti expressè statuitur in Concilio Tridentino *Sess. 25. de Reform. cap. 9.* ibi: *Ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat: notant tamen hic Barboza n. 5. Ricc. in Praxi fore Eccles. Resolut.* 127. in fine. Castro Palao Tom. 2. tr. 13. disp. 2. pun. 3. n. 4. ad hoc, ut dicantur presentationes multiplicatæ, sufficere duos actus, quæ pluralis locutio duorum numero est, contenta, c. 40. de R. J. in 6. & l. *Ubi numerus*, ff. de *Test.* Cæterùm tam actus, quam tempus immemorabile legitime probare debet prætendens Juspatronatus, ut concedunt Doctores communiter: quid autem sit tempus immemorabile, vide supra Lib. 2. Tit. XXVI §. 5. n. 122. & Barbozam in *Concil. Trident. lo. cit. n. 6.*

Advertendum hic tamen, quod in iis personis, seu Communitatibus, seu Universitatibus, in quibus id jus (Patronatus) plerumque ex usurpatione potius quæstum presunt solet, plenior & excellentior probatio ad docendum verum titulum requiritur. Nec immemorabile temporis probatio eis aliter suffragatur, quàm si præter reliqua ad eam necessaria, presentationes etiam continuatæ non minori saltim quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortita sint, & authenticis scripturis probetur: sunt verba Concilii

SUMMARIUM

Tridentini lo. cit. Quenam autem sint tales persone & Communitates, vide Barboam in Concil. Trident. lo. cit. d. n. 32. & Gonzalez in Reg. 8. Cancellar. Glossa 18. d. n. 66. ubi ex Declaratione Cardinalium refert, esse omnes Potentes: item omnes perpetuam Jurisdictionem habentes, Nobiles, Barones, Comites, Duces, Reges, Imperatores, Principes, Episcopos, Universitates, & Communitates.

15. Contra Ecclesiam vero non liberam, sed patronatam, seu potius contra Patronum, requiritur, & sufficit tempus ordinarium, videlicet decem annorum inter presentes, & viginti inter absentes cum titulo: sine titulo autem triginta anni cum bona fide, si prescribitur contra privatum, sive Clericum, sive Laicum. utpote contra quem dictam tempus ad prescriptionem requiritur, & sufficit per dicta, & ex Jure probata, Lib. 2. Tit. 26. de Prescriptione. §. 6. Ita docet Molina de Justit. & Jur. Disp. 70. n. 2. Zoellius h. t. n. 9. Pirhing h. t. n. 118. ubi etiam citat Covarruviam in Reg. Possessor. de R. J. in 6. §. 10. n. 8. qui tamen contrarius est, utpote universalem requirens annos quadraginta, etiam si contra privatum prescribitur; eo quod, ut ait, in tali Prescriptione de aliqui saltem agitur prejudicio Ecclesie, utpote cujus interest, ne mutantur ejus Patroni. Verum quia haec ratio omnino non videtur efficax, cum parum vel nihil intersit Ecclesie, hunc vel illum habere Patronum privatum, & aequae evenire possit, ut ille, qui prescribit, utilior sit Ecclesie, quam prior ejusdem Patronus, contra quem prescribitur, uti bene observat Molina lo. cit. hinc non videtur recedendum a dispositione Juri communis, dictum tempus ad prescribendam immobilia non necessario & sufficiente statuendum. Accedit, quod Concilium Tridentinum Sess. 25. de Reform. cap. 9. nil immutavit circa probationem Juris patronatus privatorum, sed reliquit sub dispositione Juri communis, prout saepe decidit Rota, teste Gonzalez in Reg. 8. Cancellar. Glossa 18. n. 54. Barboia in Concil. Trident. lo. cit. n. 21. Quadraginta tamen anni requiruntur si est Prescriptio contra Monasterium, vel alias causas pias Juspatronatus habentes, quia contra has de Jure communi hoc spatium temporis ordinariè requiritur juxta dicta Lib. 2. Tit. 26. de Prescriptione n. 163.

16. Illud communiter concedunt doctores citati, etiam adversarii, & Barboia in Concil. Trident. lo. cit. n. 22. cum tempore debito sufficere unicum actum praesentationis exercitum. Ratio est; quia de Jure communi plures non requiruntur, sed unus sufficit, ad constituendum aliquem in possessionem; dummodo interea non evenierit alius casus praesentationis, uti observat Barboia lo. cit. Nec obstat habitus dictis Concilium Tridentinum lo. cit. ubi tempus immemorabile, & multiplicatus actus requirit. Resp. enim Concilium ibi loqui in casu, quo fit Prescriptio contra Ecclesiam liberam, seu non patronatam: quam in libertate conservare enixè intendit: non item de casu, quo Prescriptio currit contra Ecclesiam jam patronatam, seu Juspatronatus jam subiectam, sed potius contra Patronum, ut Doctores communiter advertunt.

§. II.

De Modis, quibus Juspatronatus jam semel acquisitus in alios transferri, consequenter Translatione acquiri possit: ubi etiam de iis, qui capaces sunt Juspatronatus.

- 17 Juspatronatus quatuor modis transfertur in alium.
- 18 I. Hereditate: & quomodo? Ibid.
- 19 Unius Patroni heredes succedunt aequaliter.
- 20 Plurium Patronorum heredes succedunt in stirpes.
- 21 Judex non potest uni ex heredibus adjudicare Juspatronatus.
- Juspatronatus transire cum re, cui est annexum. Ibid. & n. seq.
- 22 Comparationi possunt inter se convenire de facienda praesentatione alternis vicibus.
- 23 Juspatronatus Gentilitium etiam transit ad heredes.
- 24 Nisi aliud ex Fundatione prima habeatur, quo pro omnibus est attendenda.
- 25 II. Transferri potest Juspatronatus in alium Donatione. Et quando ad hunc requiratur consensus Episcopi? Ibid.
- 26 III. Permutatione, non quidem per se, sed per accidens cum re, cui est annexum.
- 27 Cum alio Juspatronatus, vel aliud re spirituali permutari potest per se, accedente consensu Episcopi.
- 28 IV. Venditione, non quidem per se, sed per accidens cum re cui est annexum. Et n. seq. Pote per se vendendum & ementium Juspatronatus. Ibid.
- 29 Juspatronatus non tantum cum universitate bonorum, sed etiam cum re particulari transit, si eidem est annexum.
- 30 Transit etiam cum Feudo & Emphyteusi.
- 31 Non item cum Fignone & Hypotheca.
- 32 Bene tamen cum Dote.
- 33 Solvitur instantia.
- 34 Jurispatronatus capaces sunt Clerici, & Laici.
- 35 Masculi, & Feminae.
- Feminae succedunt in Juspatronatus gentilitio, nisi sint exceptae. Ibid.
- 36 Capaces sunt etiam impuberes: quando ipsi, & quando loco ipsorum praesentent Tutores. Ibid. usque ad num. 42.
- 37 Observatio practica, si impuberes praesentent.
- 38 Filiusfamilias quando praesentet, & quando loco ipsius pater?
- 39 Infideles non sunt capaces Juspatronatus.
- 40 Nec Heretici de Jure communi. Quid in Germania? Ibid.

Notandum prius cum Glossa communiter recepta in can. Prae mentis. 26. can. 16. q. 7. & c. Cum saeculum h. t. n. 8. Empitorum, quatuor modis Juspatronatus ab uno in alium transferri posse, videlicet, Successione, Donatione, Permutatione, & Venditione universitatis, de quibus sunt illi versus relati a Glossa lo. cit.

Jura patronatus transire facit novus haeres, Et Res permutata, Donatio, venditioque.

Quaeritur I. An, & quomodo transferatur in alium Juspatronatus per Successionem hereditariam? Resp. I. Juspatronatus cum universitate bonorum transit ad heredes quoscunque tam masculos quam feminas, tam necessarios quam extraneos, sive ab intestato, sive ex Testamento succedant. Abbas in. c. 1. h. t. n. 2. & seq. & ibi Fagnanus n. 12. & 13. atque Barboia n. 9. Covarruvias lib. 2. Var. Resolut. cap. 18. n. 6. Pirhing h. t. n. 44. cum communis arg. c. 1. h. t. Quod, quia indistinctè loquitur, indistinctè venit intelligendum: Concordat c. ex litteris. 7. h. t. & Clem. 2. eod. Hinc inferunt Doctores, praeterquam Abbas lo. cit. Pirhing lo. cit. & alii, quod si filius v. g. exheredetur, vel insinuat in re

§. II. De Modis, quibus Juspatronatus jam semel &c.

certa, ad eum Juspatronatus non transeat; quia transit cum universitate bonorum, arg. cit. c. 7. h. t. nisi forsan rei certa Castro v. g. in quo insinuat haeres, esset specialiter annexum Juspatronatus, hoc enim casu in tali re certa hujusmodi insinuat transire dictum Juspatronatus, clarè patet ex eod. c. 7. h. t. & notat Pirhing lo. cit. & dicitur magis infra n. 21. & 21.

Resp. II. Si plures sint heredes unius Patroni, succedunt omnes aequali jure, essi in partibus inaequalibus sint instituti, textus & Glossa communiter recepta in c. 1. h. t. v. Non debeat. ubi tamen notatur, quod haeres Juspatronatus dividere non valeant, sed in solidum, si velint, possidere debeant Juspatronatus. Ratio est; quia res simplex & indivisibilis (qualis est Juspatronatus, utpote incorporale quid, quod dividit nequit, arg. can. Nihil. 16. cau. 7. q. 1. & l. Vis. 17. ff. de Servit. & Junpt. Jun. l. Quod si locus. ff. eod. Limitatur Conclusio, quo unus Patroni haeres aliqui vi Juri in bonis succederent in capita, ut liberi, alii in stirpem, ut nepotes, tunc enim etiam in Juspatronatus eodem modo, consequenter non aequaliter succederent.

Resp. III. Si plures sint heredes diversorum Patronorum originalium, succedunt etiam omnes, non tamen in capita, sed in stirpes, ita ut, si Titius v. g. dotavit Ecclesiam, Cajus vero eandem construxit, & hic reliquit unum haerem, ille vero quatuor; tunc hi quatuor simul unam tantum habebunt vocem, seu votum praesentando, & unum aequale alteri vicibus. Abbas in c. 1. h. t. n. 5. Pirhing eod. n. 47. cum communi ac certa aliorum; textu claro Clem. 2. h. t. ibi: Plures ab uno ex Patronis Ecclesia relicti heredes, vocem duntaxat unius habebunt in praesentatione Rectoris. Quid Juri autem, si plures Patroni in praesentando disconveniant? Item quot vota praesentatus habere debeat? dicitur infra d. n. 91.

Resp. IV. Quando hereditas inter heredes dividitur, non potest Judex uni ex heredibus adjudicare Juspatronatus universitatis bonorum annexum. Abbas in c. Querimus. 9. h. t. n. 3. Zoellius eod. Pirhing eod. num. 56. cum communi. Ratio est; quia vel fit divisio in partes aequales, & tunc non apparet, cur potius uni, quam alteri adjudicetur: vel fit in partes inaequales, & tunc, si in compensationem illi adjudicaretur, qui minus accepit, haberetur aliqua commutatio temporalis pro spirituali, quod simoniacum est. Secus foret, si Juspatronatus non universitatis bonorum, sed Castro, vel villa, aut alteri certi rei hereditarie est annexum, tunc enim id utique illi adjudicari potest, qui in divisione talem rem accipit: imò absque ulla Judicis sententia cum tali re ad eum transit; hoc ipso, quod Juspatronatus semper cum re, cui est annexum transit, arg. c. Ex litteris. 7. h. t. & ibi Barboia n. 3. ac Fagnanus n. 3. cum communi aliorum; & magis dicitur infra n. 31.

Et ex hac ratione docet etiam Barboia lo. cit. n. 20. & de Offic. & Potest. Episcopi alleg. 71. n. 45. Quod si ob delictum Patroni consilientur bona ejusdem, quibus annexum est Juspatronatus, etiam hoc ipso ad Fiscum transit. Sed de hoc vide amplius Sanchez lib. 2. Moral. cap. 19. per totum, ubi exactè rem pertractat.

Resp. V. Possunt insuper Comparationi, ac haeres eorum inter se pro libito convenire, ut alternis vicibus uni tolli v. g. vel duobus praesentatio competat: ita ut unus v. g. prima, alius secundà, alius tertia vice solus praesentare possit: vel possunt dividere inter se mentes, ita ut si in mente Januarii vacet Beneficium, praesentet hic, si in Februarii

praesentet alius &c. vel etiam, si plura Beneficia conferenda habent, unus ad hoc, alius ad illud praesentare valeat, arg. Clem. 2. h. t. ibi: Non inconveniens reputamus, Patronos ipsos inter se posse libere convenire de Rectoris ab eis, alternis vicibus praesentando, & ibi Glossa communiter recepta. Ratio assignatur in dicta Clementina, videlicet, ut facilis provideatur Ecclesie & evitentur discordiae inter Patronos. Et quidem hujusmodi conventiones fieri possunt a Comparationi absque ullo consensu Episcopi, arg. cit. Clem. 2. h. t. ibi: Liberè posse convenire, & ibi Glossa v. Liberè. Barboia de Offic. & Potest. Episcopi alleg. 71. n. 28. & seq. Gonzalez in Reg. 8. Cancellar. Gloss. 45. §. 1. num. 58. Pirhing h. t. num. 46. cum communi.

Resp. VI. Etiam Juspatronatus gentilitium (id est est reservatum illis, qui sunt de Familia seu agnatione Fundatoris v. g. juxta dicenda infra num. 48.) extincta Familia, & agnatione transit ad heredes extraneos, nisi aliud ex prima fundatione & conventionem factà cum Episcopo constet, ut si v. g. Fundator expressè ad Familiam tantum successionem fieri voluisset. Fagnanus in c. 1. h. t. n. 25. & 26. Anchoranus Consil. 81. Pirhing h. t. n. 53. & communi aliorum, atque resoluti Rota in caus. Cremon. Juspatronatus. Ratio est; quia regulariter provisiò hominis non tollit provisionem Juri communis, arg. l. Si cum dotem princ. ff. Solut. Matrim. cum Concordantia: atque Juspatronatus ex provisione Juri communis transit ad heredes etiam extraneos per dicta n. 18. ergo non tollitur per provisionem hominis simpliciter, & non taxativè, aut exclusivè factam; cum merito intelligatur facta in eo sensu, ut, quantum aliquis de Familia superest, extraneus succedere non valeat.

Dicitur autem notanter, nisi aliud ex prima fundatione & conventionem cum Episcopo facta constet, quia haec omnino standum foret, Fagnanus lo. cit. ubi plures pro hoc Decisiones afferit. Ratio est; quia in fundatione Ecclesie potest Fundator remittere Juspatronatus vel totum, vel ex parte, vel limitativè illud inducere in praedictum haerem, prout ei libuerit arg. c. Significavit. 41. de Testib. & c. un. h. t. in 6. ac ibi Anchoranus, & alii. Ob eandem rationem limitandae sunt omnes Conclusiones huc usque positae in casu, quo aliud ex speciali ordinatione Fundatoris expressum habetur; quia haec praesentatione omnibus attendenda venit, uti communiter concedunt Doctores.

Quaeritur II. An, & quomodo Juspatronatus per Donationem in alium transferri possit? Resp. Potest Patronus quivis suum Juspatronatus donare, cui vult, hic tamen cum distinctione, ut si Patronus Laicus alicui Laico non Comparationi, vel etiam Clerico, ut portione privatae donet, requiratur consensus Episcopi: si vero donet Ecclesie, Monasterio, aut alteri loco pio, vel etiam Clerico nomine Ecclesie vel Dignitatis, quam obtinet, valeat Donatio absque consensu Episcopi. Communis. Et quidem, quod requiratur consensus Episcopi, si Juspatronatus donatur Laico, patet ex c. un. h. t. in 6. à sensu contrario, & tenent Abbas in c. Illud 8. h. t. n. 5. & ibidem Barboia n. 2. Mantio. Decis. 85. n. 5. Pirhing h. t. n. 61. Rota apud Farinac. Decis. 357. n. 4. p. 1. Recent. & Decis. 257. num. 1. cum communi aliorum, qui tamen limitant id in casu, quo Laicus Laico Comparationi donat, Comparationi enim liberissime, & absque ullo consensu Episcopi sibi invicem cedere possunt Juspatronatus, arg. Clem. 2. h. t. & ibi Glossa v. Liberè. Barboia lo. cit. de Offic. & Potest. Episcopi alleg. 71. n. 28. & seq. Achil. Decis. 10. de Juspatronatus. & communis. Quod autem consensus Episcopi non sit necessarius, si donatur Ecclesie, vel

pio loco, clarè habetur in c. Illud. 8. h. t. ibi: Licet Religioso loco Juspatronatus conferendi liberam habeat facultatem, & c. un. eod. in 6. caretque controversia. Nec obstant c. Quod autem. 5. c. Illud. 8. & c. Cura. 11. h. t. ubi videtur prohibita talis Donatio etiam loco pio facta absque consensu Episcopi. Resp. enim, Canones ibi non loqui de solius Juspatronatus, sed de ipsius Ecclesie, & Beneficii Donazione quoad proprietatem, vel Titulum aut incorporationem, quod unice non licet, ut ibidem notant Doctores communiter.

27 Queritur III. An, & quomodo Permutatione in alium transferri queat Juspatronatus? Resp. I. Quamvis Juspatronatus per se ac solitarie sumptum pro re temporalis permutari nullatenus valeat, eo quod juxta Omnes spiritualia, vel spiritualibus annexa (cujusmodi etiam est Juspatronatus c. 16. h. t.) sine labe Simonie permutari nequeant, c. Questum. 5. de Rerum permutat. & quævis permutatio de rebus spiritualibus ad temporalia improbetur, ut dicitur c. fin. eod. Nihilominus licitè & validè etiam absque consensu Episcopi accessorie saltem & per accidens pro rebus temporalibus permutari potest; si nempe universitas bonorum, vel alia res temporalis, cui Juspatronatus est annexum, permutatur; dummodo hoc in æstimationem non veniat, ita ut ratione illius in permutatione, res temporalis pretiosior quam alia res commutanda exigatur, & detur. Communis, ac certa. Ratio est; quia Regula est, quod Juspatronatus transeat cum re, cui est annexum, etiam absque autoritate Episcopi, prout supra jam diximus, arg. c. Ex litteris. 7. h. t. & notat ibidem Fagnanus n. 3, Abbas n. 1. Innocentius n. 2. testetur Fagnano Omnes. Ratio est; quia Contractus celebratur de folis temporalibus (ad quem utique non requiritur consensus Episcopi) cum quibus Juspatronatus annexum accessorie transit.

28 Resp. II. Potest insuper permutari Juspatronatus cum alio Juspatronatus, aut alia re spirituali. Sylvester v. Juspatronatus. q. 5. Zoëlius h. t. n. 25. cum communi aliorum, arg. c. Questum. 5. de Rerum Permutat. & can. Nemini Regum. 40. caus. 16. q. 7. Requiritur autem ad hoc consensus Episcopi, eo quod etiam spiritualium Permutatio in materia Beneficiorum absque consensu Episcopi fieri nequeat, arg. cit. c. Questum. 5. de Rerum Permutat. Putat tamen Barbofa de Offic. & potest. Episc. alleg. 31. citans Roch. de Juspatronat. q. 16. n. 28 & alios dicentem consensum solummodo requiri, si permutatione Juspatronatus transferatur in Laicum, non item, si fiat in Ecclesiam, vel locum pium, sicut supra n. 26. de Donazione hujus Juris dictum est.

29 Queritur IV. An, & quomodo vendi possit Juspatronatus? Resp. I. Certum est, quod Juspatronatus per se ac solitarie sumptum vendi nec licitè, nec validè possit. Omnes, textu claro c. de Jure. 16. h. t. ubi etiam ratio habetur illis verbis, Cum inconvenientis sit, vendi Juspatronatus, quod est spirituale annexum; ob quod inducit quodammodo naturam spirituales, ut advertit Glossa in c. Quanto. 3. de Judiciis. v. Connexa. & censetur spirituale, arg. l. Que Religios. ff. de Rei vendicac. quia quæ Religiosis adherent, Religiosa sunt, quod si nihilominus vendatur, committitur simonia tot. Tit. de Simonia, estque Venditio ipso facto nulla, cit. c. 16. h. t. ibi: Contractum illam irritum esse decernas, id est, declaratur, & ibi Glossa v. Irritum. atque tam vendens, quam emens ipso facto privati existunt Juspatronatus, arg. cit. c. 16. eod. & Concilium Tridentinum Sess. 25. de Reform. cap. 9. ibi: Si secus fuerint, Juspatronatus ipso Jure privati existant, & ibi Barbofa nu. 81. item de Offic. & potest. Episc. alleg. 71. n. 35. ubi etiam habet, quod in tali casu Ecclesia

patronata redeat ad suam libertatem; quod idem docent Joan. Andreas, & alii; intellige, si unus tantum est Patronus, vel plures quidem, sed omnes vendendo delinquentes: si enim plures sunt Patroni, delinquente uno altero, pertinet jus ad innocentem, ut bene limitat Barbofa in Concil. Trident. lo. cit. Subjacent insuper vendentes Patroni Excommunicationi, Concil. Trident. lo. cit. nec possunt retinere pretium acceptum, ne ex iniquitate sua commodum reportent, & cum jectura alterius locupleantur, contra Reg. 43. Jur. in 6. nec tenentur illud restituere emptori, utpote cui malà fide contra SS. Canones emit, arg. c. de hoc. de Simon. & l. Si Fundum. C. de Evic. sed Ecclesie, cui per simoniam injuria fuit illata. Abbas in c. De Jure. h. t. n. 3. Barbofa ibid. n. 5. & alii.

Resp. II. Potest nihilominus Juspatronatus accessorie, seu per accidens vendi, casu nempe, quo venditur universitas bonorum, prædium, vel villa, cui est annexum, dummodo ratione illius non augetur pretium, arg. c. Cum saculum. 13. & c. Ex litteris. 7. h. t. & ibi Fagnanus. Abbas n. 2. Barbofa n. 2. Pirhing h. t. n. 72. rursus Barbofa de Offic. & potest. Episc. lo. cit. n. 33. cum communi. Ratio est; quia Contractus celebratur præcisè super re temporali, cum qua tanquam principali Juspatronatus annexum, tanquam accessorium transit; quia accessorium naturam sequi principalis convenit, c. 42. de R. I. in 6. Nec requiritur ad hoc consensus Episcopi; quia juxta repetita jam, Juspatronatus transit cum re, cui est annexum, etiam absque autoritate Episcopi, arg. cit. c. Ex litteris. h. t. Barbofa lo. cit. n. 46. & Doctores citati, cum aliis.

Limitant quidem plures Doctores, ut Fagnanus lo. cit. n. 19. & ibi Abbas n. 10. item in c. Cum saculum. h. t. & plures alii citati à Covarruvias lib. 1. Variar. Resolut. cap. 13. n. 3. Conclusiorem, dicendo, eam præcisè intelligendam esse in casu, quando Juspatronatus adheret universitati bonorum, vel rei alicui, quæ continet Jura universitatis, cujusmodi secundum ipsos sunt, Civitas, Castrum, Pagus, Oppidum, villa aut fundus, cui Jura universitatis, ut jurisdictionio, servitutes, oera, & actiones &c. sunt annexa; non item, si vendatur res particularis Jura universitatis non habens. Verum licet satis communis sit hæc sententia, tamen contraria dicens, quod etiam cum quavis re particulari vendatur, & transeat, dummodo eidem Juspatronatus reverà adhaereat, & sit annexum, ut si Fundator dicat, volo, ut huic palatio, domui, agro, fundo &c. Juspatronatus semper adhaereat, ita ut, qui illum acquirit, habeat etiam Juspatronatus, videtur vortior, Jurique conformior. Barbofa in cit. c. Ex litteris. 7. h. t. n. 2. Cardinal. in c. Cum saculum. h. t. Sylvester v. Juspatronatus. q. 5. inclinatur etiam Covarruvias lo. cit. & Pirhing h. t. n. 73. Fundamentum est, quod Jura, & rationes æquè de tali re particulari, ac de universitate bonorum militent, ut consideranti patet: & Regula universalis ac illimitata ab ipsis etiam Adversariis alibi illimitatè sæpè posita sit, quod Juspatronatus transeat cum re, cui est annexum: & universitatis accessorium sequatur naturam principalis, cit. c. 42. de R. J. in 6. Accedit, quod Adversarii solidum in Jure fundamentum limitationis dictæ non afferant. Nec enim quod probant illi Canones, ubi dicitur, Juspatronatus transire cum universitate bonorum, quia per hoc non negant, quod transeat etiam cum re particulari, si ei est annexum, sed tantum volunt, quod cum universitate bonorum transeat, si ei est annexum; & cum particulari, si eidem coheret ob paritatem rationis: bene verum est, quod si annexum est universitati bonorum, non transeat cum re particulari universitatem non continente;

tinente: & econtrà si annexum est rei particulari, tamen transeat cum universitate omnium bonorum, utpote in quibus illa particularis res censetur inclusa; per hoc tamen non impeditur, quin transeat etiam cum sola re particulari, si ei solè est annexum, juxta dicta.

32 Queritur V. An Juspatronatus etiam cum Feudo, Emphyteusi, Hypotheca, & Dote transeat? Resp. I. Si alicui universitas bonorum, vel Castrum, prædium, oppidum, pagus, vel alia res, cui inseparabiliter annexum est Juspatronatus, in Feudum, vel Emphyteusim datur, transit cum hac in Feudatarium, vel Emphyteutam etiam Juspatronatus. Sylvester v. Juspatronatus. q. 5. dist. 5. Azorius p. 2. lib. 6. cap. 20. q. 12. cum communi aliorum, arg. c. Cum saculum. 13. h. t. & ibi Glossa v. Emptorium. Ratio est supra præced. data Regula.

Resp. II. Si castrum v. g. vel alia res habens sibi annexum Juspatronatus, alicui pro Pignore datur, aut Hypothecà, non transit cum ea Juspatronatus, sed manet apud Debitorem, ita ut in casu vacantiae ipsi, & non Creditori habenti Hypothecam competat jus presentandi. Sylvester lo. cit. Zoëlius h. t. n. 38. Azorius lo. cit. q. 13. Innocentius, & alii, arg. c. Cum Bartholdus. 18. de sent. & re jud. & ibi Glossa v. Patrono. Ratio est; quia in Creditorem nec directum, nec utile dominium Pignoris transit, sed nuda possessio, nisi aliter conventum fuerit, debetque Creditor fructus perceptos restituere, vel in fortem computare, & peccat utendo, c. 1. de Usur. & cum contra de Pign. & l. Sed an via. ff. de Pignor. & Hypoth. & l. Creditori ff. de Furt. ergo nec accessorie Juspatronatus transit. Præsertim cum ejus usus exercitum restituere amplius non possit, hoc ipso, quod ad presentationem institutus, amplius amoveri non valeret, & jus illud utpote spirituale exercitum temporali re compensari non possit.

34 Resp. III. Quando in Dotem datur res habens Juspatronatus, transit cum ea, ita, ut stante Matrimonio non uxori, sed viro jus presentandi competat. Barbofa in c. Ex litteris. h. t. n. 3. item de Offic. & potest. Episc. alleg. 71. n. 38. Menochius Conf. 66. n. 27. Zoëlius h. t. n. 36. Mant. Decis. 140. n. 2. & 12. atque latè Garcias de Benefic. p. 5. cap. 9. à n. 147. cum communi aliorum contra Abbatem in c. fin. de Concess. Præb. n. 2. & Azorium p. 2. lib. 6. cap. 21. q. 16. Fundamentum est; quia juxta hæc tenus dicta Juspatronatus transit cum re in illum, qui eam cum dominio saltem utile acquirit; ut patet de Feudo, & Emphyteusi, & concedit ipse Adversarius Azorius citatus num. præced. atqui maritus durante matrimonio habet dominium saltem utile Dotis, l. Doce ancillam. C. de Rei vendicac. & c. Per vestras de Donat. inter vir. & uxorem, & c. Salubriter. de Usur. ergo.

35 Nec facit aliquid, Abbatis argumentum à paritate Pignoris desumptum, quia hujus rei nec dominium utile Pignoris habet Creditor, ut Maritus Dotis, consequenter disparitas est. Nec valet, quod dicit, tantum eos fructus Dotis competere marito, qui servit pro sustinendis oneribus matrimonii, inter quos non est Juspatronatus: quia hoc gratis dictum videtur contra Regulam universalem, quod cum re transeat non tantum temporales fructus, sed & quasi spirituales Juspatronatus in acquirentem dominium utile rei, alias certè in Emphyteutam, & Feudatarium cum Feudo, & Emphyteusi non transiret Juspatronatus, quod est contra Adversarios.

36 Queritur VI. Quinam sint capaces Juspatronatus? Resp. Omnes fideles non tantum Clerici, sed etiam Laici, masculi & feminae, legitimi & illegitimi, puberes & impuberes sunt capaces. Probatur

Conclusio per partes. Et quidem de Clericis nemo dubitat. De Laicis verò constat ex c. Quiniam. 3. & c. Cum autem. 24. h. t. & ibi Doctores, et quæ hodie communis ac certa; non obstant, quod Laici jurium spiritualium (inter quæ videtur esse Juspatronatus, c. de Jure 16. h. t.) non sint capaces; c. Decernimus. de Judiciis. & c. Tit. de Decim. quia hujus juris capaces redditi sunt ex speciali gratia, & permissione ac tolerantia Ecclesie, ut inde Laici magis inducerentur ad fundandas & dotandas Ecclesias, prout bene advertit Fagnanus in cit. c. 3. h. t. à n. 4. & ibi Abbas n. 2. Accedit quod Juspatronatus non sit, quid purè spirituales sed tantum spirituali annexum, c. de Jure 16. h. t. cujus, ex gratia Ecclesie facile capax redditur Laicus.

Quod autem non tantum masculis, sed & feminae capaces sint Juspatronatus, docet cum communi Abbas in c. Ex litteris. n. 4. & ibi Barbofa n. 12. Garcias p. 5. cap. 9. n. 142. arg. c. fin. de Concess. Præb. & c. Ex litteris. 7. h. t. Hinc si Juspatronatus est hereditarium, æquè ad feminas, ac masculos transit, Garcias lo. cit. n. 143. Barbofa lo. cit. & alii, eo quod hæc quoque sint capaces hereditatis, cui Juspatronatus est annexum. Imò succedunt etiam in Juspatronatus gentilitio, nisi sint excepte, citati DD. quos sequitur Molina de Jur. & Just. Disp. 6. 7. n. 12.

Quod Impuberes quoque sint capaces Juspatronatus, docent Garcias lo. cit. n. 186. Azorius p. 2. lib. 6. cap. 21. q. 14. Layman lib. 4. tr. 2. cap. 13. q. 7. n. 18. cum communi & certè aliorum, arg. can. Pio mentis. 26. & seq. can. Quicumque. 30. & can. Filiis. 31. cau. 16. q. 7. ubi generaliter cuius Fidei fundanti, ædificanti, vel dotanti Ecclesiam, & hereditibus ejus conceditur Juspatronatus, nec ibidem nec alibi excipiuntur impuberes. Notandum tamen quod licet impuberes ante septennium jam acquirere valeant hereditatem, illo tamen tempore actum presentationis, defectu usûs rationis exercere non valeant, sed nomine ipsorum Tutor presentent. Azorius lo. cit. Garcias lo. cit. n. 193. citans & Lambert. Pirhing h. t. n. 18. Si verò est major septennium adhuc impubes, poterit ipse presententare, etiam sine Tutoris autoritate, Garcias lo. cit. n. 186. & seq. Pirhing lo. cit. Azorius lo. cit. Castro Palao p. 2. tr. 3. disp. 2. n. 40. Rebuffus de Nominat. q. 17. n. 40. Rota Decis. 6. de Juspatronat. in antiqu. cum communi; quia impubes septennio major presumitur habere usum rationis: unde sicut eo tempore validè contrahit sponsalia, etiam validè presentent, præsertim cum ad eum pertineat jus, arg. citandis Jurib. & can. Decernimus. 32. cau. 16. q. 7. Valetur tamen Doctores communiter, æquum & decens esse, ut impubes presentationem faciat autoritate Tutoris.

Potèrò quamvis satis communis sit opinio Doctorum apud Garciam lo. cit. n. 194. Castro Palao lo. cit. n. 21. quod pupillo existente adhuc impubere, est major septennio, absolute possit Tutor aliquid presententare, eo quod Tutor non tantum detur personæ, sed & bonis pupilli etiam spiritualibus, arg. c. fin. de Judiciis, in 6. Tamen fatentur etiam satis communiter, quod si presentante Tutore etiam impubes septennio major intra tempus ad presentandum concessum, alium presentent, hic presentato per Tutorem sit præferendus, dummodo sit habilis, citi alter sit dignior, Doctores nu. præced. citati, inter quos Garcias lo. cit. n. 186. dicit, hæc esse receptam, ac communiter approbatam; tum ob rationes & Jura allegata: tum quia ad pupillum pertinet presentatio, arg. cit. can. Decernimus. 32. cau. 16. q. 7.

Imò putat Garcias lo. cit. n. 191. ex rationibus allen

§. III.

De Divisione Jurispatronatus; præsertim in Ecclesiasticum, & Laicale: & Differentia inter utrumque.

SUMMARIUM.

- 45 Juspatronatus aliud Activum, aliud Passivum.
 - 46 Aliud Reale, aliud Personale.
 - 47 Aliud Hereditarium.
 - 48 Aliud Gentilitium seu Familiare: & quomodo de hoc constet?
 - 49 Aliud Ecclesiasticum: & quale hoc?
 - 50 Prius Laicale, postea donatum Ecclesie, sit Ecclesiasticum.
 - 51 Aliud Laicale: & quale hoc?
 - 52 Aliud mixtum. Quid Juris de eo? Et num. seq.
 - 54 Differentia inter Juspatronatus Ecclesiasticum & Laicale. Illud habet sex, hoc verò quatuor menses ad præsentandum.
 - 55 Tempus hoc incipit primum à die notitiæ vacationis Beneficii.
 - Et qualis notitia esse debeat? Ibid.
 - Ignorantia præsumitur, ubi scientia non habetur, Ibid.
 - 56 Si debito tempore non sit presentatio, devolutus collatio Beneficii ad Episcopum.
 - 57 Patronus Ecclesiasticus non potest variare: bene tamen Laicus: quomodo, & quoties? Et duobus num. seq.
 - 60 Ille presentando indignus perdit Jus, non item iste.
 - 61 Beneficium Patronatus Ecclesiasticum potest conferre, & reservare Legatus à Episcopo: Non item Juspatronatus Laicale.
 - 62 Si habetur ex fundatione aut donatione: aliud secus.
 - 63 Per generalem reservationem aut unionem Beneficii à Papa factam derogatur Beneficio Jurispatronatus Ecclesiastici, non item Laicis.
 - 64 Si hoc habetur ex fundatione, aut donatione.
 - 65 Parochie Jurispatronatus Clericalis debent necessarium per consensum conferri: non item Patronatus Laicis.
- Q**ueritur I. Quomodo dividatur, seu quotuplex sit Juspatronatus? Resp. illud variè dividitur, patet inductione. Nam I. Dividitur in Activum, & Passivum. Activum est ipsum Jus, quod Patronus habet presentandi aliquem ad Beneficium. Passivum est jus competens certis aliquibus de familia, vel loco, quòd si idonei sint, exclusis extraneis per patronum necessariò debeant presentari. Barbofa lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 12. n. 25. Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 10. n. 200. Engel h. i. n. 16. & alii. Verum in presentati erit tantum sermo de Activo, quòd supra definitivimus, & de quo huc usque egimus.
- II. Dividitur Juspatronatus activum in personale, & reale. Personale est, quod personæ Patroni independentè à re aliqua, vel loco coheret, ubicunque tandem existat. Reale est, quod alicui certæ rei, vel loco, v. g. Castro, prædio, pago &c. annexum est, & coheret, & cum eo transit ad quemvis etiam non hæredem, qui rem talem emptione v. g. vel mutatione, vel donatione acquirit, juxta dicta à n. 27. Engel lo. cit. n. 17. cum communi.
- III. Dividitur in hereditarium, & gentilitium seu familiare. Hereditarium est, quod transit ad quovis hæredes etiam extraneos. Barbofa lo. cit. n. 20. Covarruvias lib. 2. Variar. Resolut. cap. 18. n. 6. Mo-

Monet. lo. cit. cap. 11. n. 134. Engel h. i. n. 15. & communis, arg. c. 3. h. i. Et tale in dubio semper præsumitur esse, nisi ex fundatione, vel alio modo constet, Barbofa lo. cit. n. 21. citans plures Rotæ Decisiones, Loter. de Benefic. lib. 2. q. 11. n. 19. Abbas in c. 13. h. i. n. 5. & communis, eò quòd Juspatronatus ex natura sua transeat ad quovis hæredes per dicta n. 18.

48 Gentilitium, seu Familiare est, in quo tantum illi succedant, qui sunt de familia & sanguine Fundatoris, juxta mentem ejusdem. Ita cum communi Doctores citati: quando autem tale hereditarium, personale, vel reale sit, potissimum desumi debet ex prima constitutione Jurispatronatus, & mente Fundatoris; utpote in cujus potestate est, vel omninò remittere Juspatronatus, vel illud hereditarium, aut gentilitium, vel reale, vel personale facere, ut cum aliis bene observat Engel h. i. n. 15. In dubio tamen, ut dictum, præsumitur hereditarium. Quovis talis præsumptio elidatur, & contra præsumitur gentilitium, si in ejus provisionibus semel fuit habita mentio familiaris, & descendentis, & nunquam hereditarie qualitate, vel quando per centum annos nullus extraneus presentavit; cum ad probandam qualitatem Jurispatronatus illud v. g. gentilitium esse, leviores sufficiant probationes, eò quòd non agatur de substantia, sed pertinentia hujus Juris, uti relatis Decisionibus Rotæ bene observat Barbofa lo. cit. n. 23. & 24.

49 IV. Principiter dividitur in Ecclesiasticum, & seculare, seu Laicale, & in Mixtum. Ecclesiasticum est, quod competit Collegio, ac Communitati Ecclesiasticæ, puta, Capitulo Cathedrali v. g. Collegio, Monasterio &c. vel personæ Ecclesiasticæ, ratione Ecclesie, Dignitatis, aut Beneficii, quod habet. Ita in re communis ac certa Doctorum. Ecclesiasticum censetur etiam illud, quod ab initio fuit Laicale seu seculare, postea tamen titulo aliquo legitimo, puta, Donatione, Legato, Testamento in Ecclesiam, Monasterium, Collegium, vel Capitulum, vel etiam in personam Ecclesiasticam intuitu Ecclesie, Dignitatis, aut Beneficii fuit transfatum. Barbofa lo. cit. n. 10. item de Offic. & potest. Episc. allegat. 72. n. 28. Garcias de Benefic. p. 5. cap. 1. n. 553. qui ambo plures allegant Decisiones Rotæ. Rebutius in praxi T. I. de Present. n. 5. & 7. Covarruvias Pract. qq. q. 36. n. 5. & communis aliorum, quod idem etiam in Theologia nostra Morali docuimus, Tr. 11. Dist. 3. q. 2. n. 24. textu claro c. un. h. i. in 6. Pariter Ecclesiasticum erit, si ex bonis Ecclesiasticis fundatur, dotatur, aut comparatur. Barbofa lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 12. n. 4. Gonzalez in Reg. B. Cancellar. Gloss. 18. n. 5. Flamin. Parilius de Resig. lib. 2. q. 4. n. 39. & alii, Garcias p. 5. cap. 1. n. 593.

50 Inferitur proin cum Garcia lo. cit. n. 555. Barbofa lo. cit. n. 9. quòd Juspatronatus competens Episcopo (idem est de aliis Prælati, & personis Ecclesiasticis) ratione domini tenet potatis, aut rerum ad Ecclesiam pertinentium sit Ecclesiasticum, est ab initio fuerit Laicale; prout fit, si donatur, legatur &c. Episcopatu, Monasterio, Collegio, Capitulo, Prælatu &c. aut personæ Ecclesiasticæ intuitu Ecclesie, Dignitatis, vel Beneficii, vel si castrum, prædium, villa &c. habens annexum Juspatronatus de bonis Episcopatus emittit, aut pro eis committatur, ita ut taliter acquisita non ad personam privatam Episcopi, Prælati, Clerici, sed ad Ecclesiam, Capitulum &c. spectent.

51 Juspatronatus Laicale est, quod Laico, vel etiam Clerico competit ratione fundationis, ædificationis, aut donationis ex bonis propriis, aut illius, cuius hæres extitit, vel etiam privilegio, vel præ-

scriptione, aut alio titulo seculari, v. g. donatione, permutatione, emptione, absque intuitu Ecclesie facta, juxta dicta superius n. 18. & seqq. Doctores citati cum communi. Notandum tamen cum Barbofa lo. cit. n. 5. Lambert. de Juspatronat. lib. 1. p. 1. q. 8. a. 7. n. 17. Roia Decis. 615. n. 4. p. 1. Recens. & alii, quòd si Clericus, de quo non constat, quòd habuerit patrimonialia, vel alia quasi talia, fundet, dotet, aut ædificet Ecclesiam, confectur de redditibus Ecclesiasticis fecisse, consequenter Juspatronatus Ecclesiasticum esse, per dicta num. præced. nisi ulicubi consuetudo sit, vi cujus Clerici de præfatis bonis testari, & hæredes succedere possint in foro externo; tunc enim in eodem foro etiam Juspatronatus Laicale esse, & ad hæredes laicos transire poterit, ut advertit Garcias p. 5. cap. 1. n. 594. Verum quia hanc consuetudinem pro foro interno tanquam illicitam & invalidam rejectimus in Tit. de Pecun. Cleric. idèd etiam inde consequens pro foro interno licitum non reputamus.

Juspatronatus Mixtum est, quod partim nomine seu ratione Ecclesie ad Clericum, partim titulo seculari ad Laicum vel etiam Clericum pertinet, ac proin ex utroque mixtum est: quale esse censetur, si Ecclesia ex bonis suis fundet aliam Ecclesiam, & eam dotet Laicus. Est in re communis. Hinc Juri Ecclesiastico illud est speciale, quòd in particularibus casibus regulatur vel ut Ecclesiasticum, vel ut Laicale; prout exigunt qualitas casus magis privilegiati, magisque favens Patronatus. Covarruvias Pract. Quæst. cap. 36. n. 5. Fagnanus in c. Cæmprop. n. 26. & seqq. cum Glossa communiter recepta in c. un. §. Ecclesiasticus h. i. in 6. Ratio est; quia si non privilegiatus in materia individuis, seu inseparabili concordat cum privilegio, utitur hujus privilegio, arg. l. Si communi. ff. Quædammodum servitutes amittuntur. ubi hoc conceditur habenti rem communem cum pupillo. Quin imò generaliter in individuis privilegium uni ex sociis concessam, porrigitur ad omnes, juxta Glossam fin. l. 1. c. de Diversis Rescript. ac pluribus exemplificat Fagnanus lo. cit. n. 53. & seqq.

Quod tamen limita in casu, quo Patronus Ecclesiasticus, & Laicus inter se conveniunt, quòd alter n. vicibus presentare velit, juxta præscriptum Clem. 2. h. i. & dicta supra num. 23. quia tunc in casu, quo presentat Patronus Ecclesiasticus, censetur Juspatronatus totaliter Ecclesiasticum; consequenter ut tale tractandum; in casu verò, quo Patronus Laicus presentat, reputabitur totaliter Laicale. Barbofa lib. 3. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 12. nu. 17. Joan. Andreas in c. Cum in illis. §. fin. de Præb. in 6. Ratio est, quia per talem alternativam videtur natura Mixtorum esse redacta ad sua simplicia.

Queritur II. In quibus differant inter se Juspatronatus Ecclesiasticum, & Laicale? Resp. Præter discrimen, quod ex diversa utriusque definitione desumitur, differre in pluribus. Patet inductione. Nam I. Differunt, quòd Patronus Ecclesiasticus habeat sex menses ad presentandum, c. Eam te. 22. h. i. & c. un. eod. in 6. Laicus verò tantum quatuor menses, c. 3. & c. Cum propter. 27. h. i. & c. un. eod. in 6. ibi: Patronus Laicus ad presentandum habeat quodrimestre duntaxat: Ecclesia tamen, vel Monasterium &c. tempus habet semest. In Patronatu tamen Mixto habet uterque Patronus semestrem, si simul presentant, juxta dicta n. 52.

Incipit autem hoc tempus Patroni currere non à die vacationis Beneficii, sed à die notitiæ vacationis Beneficii, quam habet Garcias de Benefic. p. 10. cap. 2. n. 24. citans plures Decisiones Rotæ. Barbofa de Offic. & potest. Episc. allegat. 72. n. 134. cum

communi, arg. c. Quia diversitatem. 5. de Concess. Præb. quæ quidem vacantis Beneficii notitia, à qua tempus currere incipit, debet esse certa, nec sufficere dubia, aut testis de auditu, ut proin asserens Patronum habuisse notitiam, probare debeat, & præsumptio sit pro Patrono. Barbosa cit. allegat. 72. nu. 35. & 26. citans alios, arg. c. Præsumitur. 47. de R. J. in 6. ibi: Præsumitur ignorantia, ubi scientia non habetur. Porro non currit tempus Patrono impedito. Barbosa lo. cit. n. 138 & lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 12. n. 170. Rebuffus de Pacifico possess. nu. 304. cum communi, arg. cit. c. 5. de Concess. Præb.

56 Cæterum si intra tempus præstatum, vel ex negligentia, vel quia in præstatando non conveniunt Patroni, non fit præstatio, statim elapso eo tempore devolvitur pro ea vice collatio Beneficii ad eum, ad quem pertinet institutio, arg. c. Eam te. 22. & c. Cum propter. 27. h. t. Barbosa cit. allegat. 72. n. 141. & 168. Abbas in c. Quoniam 7. h. t. cum communi. Ratio est, ne alius ex absentia Rectoris Ecclesie dispendium pariat, de quo magis infra. Potest tamen Episcopus elapso tempore Patronis facere gratiam, & tempus ad præstatandum prorogare. Barbosa lo. cit. n. 170. Castro Palao p. 2. tr. 13. Disp. 2. p. 5. n. 8. Ricc. in praxi, Resolut. 195. arg. c. 2. de Supplend. neglig. Prælat. ponderando p. Licet, quod ponit causam in voluntate illius, cui licet. Nec tamen potest Episcopus ultra sex menses prorogare tempus, ut bene ibidem notat Castro Palao arg. c. 2. de Concess. Præb.

57 II. Differunt, quòd Patronus Ecclesiasticus præstatio aliquando idoneo non possit amplius variare, seu pro illa vice alium præstatore: quod tamen si fecerit, debet Episcopus primò præstatum instituire, textu claro c. Quòd autem. 5. c. Cum autem. 24. & c. Pastoralis. 29. h. t. & ibi DD. communiter. Quòd intellige cumulativè, non privatè aut exclusivè, hoc est, potest uni præstatore, alium adhuc præstatandum adungere, & Episcopo, quem instituire velit, relinquere; non verò potest primùm penitus excludere, ut bene docet Fagnanus in cit. c. Cum autem. h. t. n. 6. & Joan. Andreas n. 6. Abbas n. 2. Anchoranus n. 3. Barbosa n. 2. & teste Fagnano Omnis Canonistarum, & Legistarum, arg. cit. Juribus, ubi hoc ipso, quòd Episcopo relinquatur inter plures successivè æquè idoneos præstatos eligendi libertas, primus à præstatione non censetur rejici. Ratio autem, cur Patronus Laicus variare possit, & non Ecclesiasticus, est; tum quia Præstatio ab Ecclesiastico, utpote nomine Ecclesie facta, habet vim Electionis, ut notat Abbas h. t. n. 3. Tum quia æquum est, ut qui gravatur in uno, relevetur in alio, l. Eum qui. ff. de Jurjur. sive volunt. sive necess. atqui Laicus gravatur in hoc, quòd tantum habeat quadrimestre ad præstatandum; ergo debet relevari in alio, videlicet, ut possit variare.

58 Ubi tamen illud notandum, quòd, licet juxta communem Patronus Laicus sæpius quam semel variare non possit, ut bene notat Fagnanus lo. cit. n. 8. & efficaciter probare videtur Calderin. Consil. 16. An Laicus. h. t. Barbosa lo. cit. n. 2. Garcias de Benefic. p. 5. cap. 9. n. 214. Roch. de Jurepatronat. q. 10. v. Honorificum. & alii. Tum quia citata Jura loquuntur tantum de duobus successivè, non de pluribus ut c. Cum autem, h. t. ibi: Alium æquè idoneum præstatorem. Tum quia variatio est odiosa, consequenter restringenda, arg. Clem. Cum illusio, de Remissis, non desint tamen alii æquè vel magis probabiles docentes contra communem, quòd re adhuc integrè Laicus intra quadrimestre cumulativè variare possit, quoties voluerit, ita enim tenet, & probat Castro Palao p. 2. tr. 13. disp. 2. pun. 6. n. 3.

Abbas in c. Quando 1. de Jure. & ibi Decius, idem docet Glossa in Clem. Flores. v. Præstatore. h. t. Azorius p. 2. lib. 6. cap. 2. arg. c. Quòd autem. 5. c. Cum autem. 24. h. t. & c. Pastoralis. 29. h. t. Ratio est; quia talis cumulativa variatio non odiosa, sed favorabilis est Ecclesie, cum, quo plures ei repræsentantur, pinguiorem habeat facultatem eligendi & acquirendi digniorem Rectorem. Ad argumenta in contrarium, & quidem ad primum respondetur, quòd licet in cit. c. Cum autem, & aliis h. t. tantum nominetur alius, & secundum, per hoc tamen tertius non excludatur, vel plures. Ad secundum argumentum dicitur, variationem exclusivam esse odiosam, non item cumulativam.

Illud satis communiter utriusque sententiæ Doctores concedunt, quòd, si Patronus Laicus primò, vel secundò vice fecit præstationem non lam, veluti si præstatum coram non habente potestatem instituendi, possit intra quadrimestre tertium præstatore; eò quòd illa præstatio, quæ de Jure fit nulla, non reputetur. Fagnanus lo. cit. nu. 9. quia non præstat impedimentum, quòd de jure non foritur effectum. c. Non præstat. de R. J. in 6. Idem dicendum putat Fagnanus lo. cit. n. 10. cum Joan. Andree, & Cardinal. in c. Cum vos. de Offic. Ordin. Si primò, vel secundò vice ignoranter præstatum inhabitabilem, seu indignum. Porro quid Juris competit Episcopo, si plures successivè præstatum, dicitur, seq. n. 94. & seqq. præsertim 106.

III. Differunt, quòd si Patronus Ecclesiasticus scienter præstatum indignum, eà vice fit privatus Jure præstatandi: non item Patronus Laicus saltem probabiliter per dicenda §. seq. n. 86.

IV. Differunt, quòd Legatus summi Pontificis possit sibi reservare nondum vacantia Beneficia Jurispatronatus Ecclesiastici, eaque vacantia conferre etiam absque consensu Patroni; non item Beneficia Jurispatronatus Laicalis, arg. c. Dilectus. 6. de Offic. Legat. & c. Cum dilectus. 28. h. t. & ibi Abbas n. 2. Barbosa n. 1. & Doctores communiter. Ratio assignatur in cit. c. 28. h. t. videlicet; quia Patronus Ecclesiasticus subest jurisdictioni Legati Pontificii, non item Patronus Laicus. Quòd si Juspatronatus est Mixtum, nec reservare, nec conferre Beneficium potest Legatus; eò quòd Patronus Clericus communicat cum privilegio Patroni Laici, juxta dicta n. 52.

Limitatur tamen hæc differentia in casu, quo Patronus Laicus Juspatronatus non ex Dotatione, Fundatione, aut Constitutione Ecclesie, sed ex privilegio tantum, aut Præscriptione habet, quia tunc Legatus illius Beneficium æquè ac Juspatronatus conferre potest, Barbosa lo. cit. Sanchez lib. 7. Moral. cap. 29. n. 169. ob rationem infra. seq. allegandam. Porro circa reservationem Beneficiorum usus non est in Germania ob Concordata, uti bene advertit Pirhing h. t. n. 163.

V. Differunt, quòd simpliciter concessione, unione, aut reservatione alicujus Beneficii per Papam ipsum facta, derogetur Beneficio Jurispatronatus Ecclesiastici, non item Laici, nisi specialiter id Papa exprimat. Fagnanus in c. Quoniam, 3. h. t. n. 10. Hostiensis in c. Dilectus, n. 5. de Offic. Legat. & latè Gonzalez in Reg. 8. Cancellar. à n. 2. ubi ostendit, quòd sub reservatione per Regulam Cancellariæ non comprehendantur Beneficia Jurispatronatus Laicalis, Pirhing h. t. n. 133. post Glossam communiter receptam in Clem. 2. de Præb. y. Apostolicis: dummodò Patroni Laici ex Fundatione, Dotatione, aut Edificatione Juspatronatus habeant. Ratio est; quòd licet possit Papa ex plenitudine potestatis derogare etiam Juspatronatus Laicorum, ut fatentur omnes, arg. c. 2. de Præb. in 6. tamen id facere non intendat, nisi exprimat, ne Laici retrahantur à fundand.

§. IV. De Jure præstatandi: ac fundandis, extruendis, & dotandis Ecclesiis, ut communiter notant Doctores. Et quis Patronorum jura tollere, p. a. que Fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est, ut dicit Concilium Tridentinum Sess. 25. de Reform. cap. 9.

64 Quoniam verò hæc ratio locum non habet in Jurepatronatus Laicali, quod non ex Fundatione, Edificatione, aut Dotatione, sed ex Privilegio, aut Præscriptione fuit primitivè acquisitum, idè eidem etiam derogatum censetur per Papæ Generalem clausulam, Ad cujusunque Patroni Præstationem pertineat; prout in simili diximus de Legato Papæ supra n. 62. Glossa in c. Cum dilectus. 28. communiter recepta v. Quempiam

65 VI. Differunt, quòd ad Parochias Jurispatronatus Laicalis extra concursum à Concilio Tridentino Sess. 24. de Reform. cap. 18. præstatari à Patrono quis possit, & præstatum admitti debeat; dummodò à Deputatis pro examine aliis concurrentium reperatur idoneus, etsi dignior non sit. Ita Concilium Tridentinum loc. cit. ibi post medium: Quòd si Jus patronatus Laicorum fuerit, debeat, qui à Patrono præstatum erit, ab eisdem Deputatis, ut supra, examinari, & non nisi idoneus reperitus fuerit, admitti. Econtra verò de Parochia Jurispatronatus Ecclesiastici non nisi talis præstatari possit, qui sit in concursu, & que reperitus dignior. Ita quidem, ut si institutio ad Episcopum, & non ad alium pertinet; is, quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit, Episcopo præstatum teneatur. Cùm verò institutio ab alio, quàm ab Episcopo erit faciendæ, tunc Episcopus solus eligat digniorem, quem Patronus ei præstatum, ad quem institutio spectat. Ita Concilium loc. cit. de quo vide etiam dicta supra Tit. de Præb. §. 5.

§. IV.

De Jure præstatandi: ac de ipsa Præstatione: ubi etiam de casu, quo litigant, aut discordant Patroni.

S U M M A R I U M.

- 66 Patrono competunt plura jura: & quæ?
- 67 Præstatum à Patrono idoneus debet necessariò admitti.
- 68 Limitatur in Ecclesia Conventuali, ubi est electio Prælati.
- 69 Beneficium patronatum sine consensu Patroni licitè conferre nemo potest.
- 70 Si conferatur nihilominus ab Episcopo, valida est collatio, nisi Patronus contradicat.
- 71 Patronus debet præstatum dignum, & tempore præstationis habilem.
- 72 Non potest se ipsum præstatum, etiam per Procuratorem.
- 73 Potest tamen acceptare collationem sibi factam, & rogare, ut ei conferatur.
- 74 Si plures sunt Patroni, possunt unum ex se ipsis præstatum.
- 75 Possunt etiam præstatum filiam, aut consanguineum alium.
- 76 Pater & filius censentur una persona in Jure; non attenditur in spiritualibus.
- 77 Ad Beneficium Curatum, Parochiam v. g. debet præstatari dignior non tantum à Patrono Ecclesiastico,
- 78 Sed etiam Laicali.
- 79 Solvitur instantia.
- 80 Et probatur ex Jure Divino.
- 81 Præstatio digni omisso digniori ad Beneficium Curatum est valida, sed non licita.

de ipsa Præstatione: &c.

- 82 Ad Beneficium verò simplex etiam licita est.
- 83 Patronus Ecclesiasticus, si scienter præstatum indignum, eà vice privatur jure præstatandi.
- 84 Secus si ignoranter.
- 85 Patronus Laicus ignoranter præstatum indignum, non privatur jure.
- 86 Neque si scienter id facit, secundum aliquos.
- 87 Contrarium tamen probabilius est. Et num. seq.
- 89 Solvuntur argumenta contraria.
- 90 Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet.
- 91 Si communitati competit jus præstatandi requiritur, ut omnes citentur, & præstatum habeat majora.
- 92 Si pluribus ut singulis competit jus, sufficiunt plura vota respectu aliorum præstatorum, nec requiritur, ut Patroni personaliter citentur.
- 93 Quomodo sit dignus.
- 94 Quid Juris, si plures à pluribus præstatum in votis sint pares? Et duobus num. seq.
- 97 Et quid, si discordant in præstatando? Et num. seq.
- 99 Si Patroni litigant super Juspatronatus, & litem non finiant intra Juris terminum, libere conferre Ordinarius.
- 100 Nisi aliquis sit in possessione, nam talis præstatum est t admittenda.
- 101 Si ante institutionem liquidò non constas, eum male possidere.
- 102 Possessori præfatio non obstat Concilium Tridentinum.
- 103 Durante lite inter Episcopum & Patronum, non potest Episcopus conferre Beneficium, sed debet instituire Oeconomum.
- 104 Nisi sit in possessione.
- 105 Pariter conferre non potest existente lite inter Patronum, & præstatum, vel inter ipsos præstatatos.
- 106 Si plures æquè digni præstatum ab eodem Patrono, potest Episcopus instituire, quem vult.
- 107 Si non sunt equaliter digni, tenetur instituire digniorem.
- 108 Quis sit dignior? Remissivè.
- 109 De tempore Præstationis. Remissivè.

P Lura, præsertim verò quatuor Jura competunt 66 Patrono ratione Juris patronatus, quæ habentur, c. Nobis. 25. h. t. & enarrantur à Glossa ibidem per notos illos verficulos:

Patrono debetur bonos, onus, utilitasque. Præstatum, præstari, defendat, alatur egerus. In præsentem §. examinabimus solummodò unum jus, quod habet, præstatum nomine Clericum ad Beneficium: & ipsam præstationem. Reliqua ipsius jura, sicut & onera ejusdem sequenti §. ventilabimus. Queritur I. Qualiter Patrono competat Jus præstatandi? Resp. I. Id ei taliter competere, ut si Clericum idoneum præstatum, Episcopus, vel alius, ad quem institutio spectat, eum admittere, & in Beneficio instituire teneatur. Communis ac cetera, arg. c. Nobis. & toto Titulo de juspatronatus, patetque ex dictis Lib. 1. Tit. 6. n. 248.

Limitatur tamen in Ecclesia Conventuali (cu 68 jus nomine venit quævis Ecclesia, ubi plures convenientes jus habent eligendi Prælatum. Barbosa lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 12. n. 180. sive Regularis sit, sive secularis. Fagnanus in c. Nobis. 25. h. t. n. 14.) ibi enim, etsi patronata existat, electio Prælati ad Capitulum spectat, nisi cum consensu, summi Pontificis Patronus jus præstatandi Prælatum expressè sibi reservarit, aut aliunde per consuetudinem, aut præscriptionem acquisierit. Fagnanus loc. cit.